

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de


Super Odyssea Homerica

Tbingae: Litteris Fvesianis, [1767?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875961320>

Druck Freier  Zugang





K.B - 399 (3^a)
K.P - 395 (5.)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn875961320/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn875961320/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rostdok/ppn875961320/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn875961320/phys_0004)

DFG

29.

SUPER
ODYSSEA HOMERICA

191

PRAE SIDE
IMMANVEL HOFFMANN

GRAECAE LINGVAE PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
DV CALIS STIPENDII THEOLOGICI
EPHORO

D. OCT. MDCCCLXVII.

P V B L I C E

PRO CONSEQUENDIS
SVMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS

DISPV TABIT


A V C T O R

DAVIDES CHRISTOPHORVS SEYBOLD

Brackenhemensis.

T V B I N G A E
LITTERIS F VESIANIS.

Foto M. Goetzke.





Ego si scriptio[n]is hujus inde ducerem exordia, ut Romanarum
 Græcarumque litterarum scientiam, i.e. eorum, qui iis linguis
 scripsere, si non omnium, principum certe, lectionem accu-
 ratam repetitamque & ei, quem ERNESTIVS οπαν instituit, Inter-
 preti S. S. & CVIACCI discipulo & Philosopho necessariam esse de-
 monstrare, & iis, quæ in promtu habeo, queque animus mirifice
 gestit apponere, nominibus aliquam dignitatem libello huic concilia-
 rem: porro, si litteras istas multis se non tam obtrudere, quam potius
 delicii illis suis, velut Sirenum carmine, eos, qui omni, quod pul-
 chrum est, pectus apertum habent, ad se allicere, & nihil, quam (1)
 plorare cum Sophocle, cum Euripide mœrere, amare & ludere cum
 Anacreonte, rusticari cum Theocrito, terra relicta cum Pindaro cœ-
 lum petere, prælum inire cum Homero, ridere cum Flacco & Juve-
 nale, atque mores hominum observare cum Terentio, his igitur si ni-
 hil suavius esse dicerem: denique si neque nostris temporibus, neque
 hujus ætatis hominibus indignam esse probarem lectionem scriptorum
 eorum, qui copiis præfuerere, qui ad totius reip. gubernacula sedere,

A 2

qui

(1) Ill. Klotz. Epist. H. p. 18:



qui orationum fluminibus universum populum in sententias suas traxerunt, quique principibus regibusque chari erant & amici; si igitur & utilitatem litterarum Romanarum Græcarumque, & jucunditatem & dignitatem evincere satagerem: plurimi, quid hic veteres occinit fabellas? indignabundi, & jure forsan, dicerent; multi vero similiter magna me & incredibilia proferre clamarent, ac si, æque laudabile esse, doce de Raphaelis, Corregii, Titianique tabulis, quam de pulchritudine libri carminisve, cum Mengsio judicare, affirmarem. Quid igitur? pugnem heic contra illos? at hoc hujus loci non est, & pugnarunt jam alii. Cum vero contemptus illius & hunc præcipuum esse videam fontem, quod in antiquis scriptoribus, poëtis maxime, solas verborum compositiones, membrorum inter se juncturam, particularum vim, paucis, sola ea, quæ ad grammaticam pertinent, quærenda esse quidam putent: de totius vero corporis compositione, de partium inter se coniunctione apta, de morum convenientia, de eo, quod furor poëticus dicitur, & de aliis, quæ poëtam constituant, silentium agant altissimum: id jam unum agam, ut exemplum, quo quid in poëta videndum sit, appareat, producam. Qui vero possum illustrius, quam Homerum, illum omnium litterarum Patrem, Oceanum? Sed heic, quam grave his humeris onus imposuerim, sentio. Impudens essem, nisi me illi parem esse negarem. Quare si æqui rerum judices me non quidem Homericæ Odysseæ artem exhausisse, quis enim hoc potest? sed unam tantum alteramve manum aqua repletam ex hoc mari, poëtae mei amatoribus, velut ille regi Persarum, donum attulisse, i. e. non votis quidem, sed viribus tamen satis fecisse judicabunt: hunc animum plura, quam efficit, effecta dare cupientem satis laudabunt. Homerum in quibusdam reprehendere sum ausus, tum, non ut reprehendam, sed ut hac ratione quosdam ad locum accuratius excutiendum meque docendum impellam, tum quia

εγω - - - κατ
χθονι γυναι καλυψαι -
με αιγεων αιγητα, μοι -
φαν δεπισπειρων -

iiis,

is, quæ non laudari posse videntur. Erravi: errarunt alii μειζον το γενειον εχοντες. Eam modo (modo hoc votum non nimis sit audax!) quam Vlyssi poëta dedit Gratiani, huic adjungat scriptioni, quæ illi

Θεσπεσιην καταχευε χρων
Και πιν μηκοτερου και πασσονα θημεν θεσθαι,
ως κεν - φιλη παντεσσει γενοιτο
δεινη ταινειτε και εκθελεσσειν αεθλος
πολλος -

De Odyssaea in genere.

Atque illud quidem, quod diximus, agentibus in fronte occurrit quæstio illa, non an prior scripta sit Ilias, quam otiosis capitibus relinquimus cum illis, majorne fuerit Helena, quam Hecuba (1), Vlysses ubi erraverit, utrum intra Italiam & Siciliam jactatus sit, an extra notum nobis orbem? & quæ sunt hisce similia; sed num Odyssæa postponenda sit Ilias, an huic ista? ubi quidem post illa, quæ CLODIUS, Vir celeberrimus, disputavit (2) brevibus nobis esse licebit. Signum hujus pugnæ dedit LONGINVS (3) qui in Odyssæa desideravit αρμηνην πνευματος illam, quæ nos in Iliade capiat, secumque auferat (4). Quod de Homero judicium cum minus place-

A 3

ret

(1) SENECA, Epist. I. 88. p. 737. (2) diss. de sublim. Hom. p. 22.
(3) περι ψ. τμ. 9. p. 66, quem securi multi sunt, in his Magius, qui ad Cornel. Nep. p. 279. ed. Stav. confidenter satis dicit: nemini fuisse obscurum, Iliada præferendam esse Odyssæa. (4) eandem desiderat Auctor epist. XX. in den Briefen üb. d. Merkw. der Litter. p. 408, qui ita: ich getraue mir jetzt die Vrsache anzugeben, warum die Kunstrichter und Leser von Geschmak mehr Einwürfe wider die Odyssæe, als wider die Ilias ausgefunden haben. Homer ist in jener, wo möglich, noch erfindungreicher, als in dieser; Die Fabeln der Odyssæe sind amusanter, reizender, lehrreicher, wichtiger, als die Fabeln der Ilias. Wenn das dichterische Genie in der Erfindung, in der Oeconomie des Ganzen, in der Neuheit, in dem Original-Schwunge bestünde: Warum gefiele uns jenes Gedicht weniger, als dieses? Ist es nicht der Mangel einer unüberstebblichen Inspiration, der uns erkalten lässt, und uns unzufrieden macht, ohne, daß wir eigentlich sagen können, warum? Man merkt an dem Urheber der Odyssæe den alternden, obgleich ungemeinen Geist, man merkt den weisen Mann, aber nicht mehr den Dichter der Ilias.

6

ret DACIERIAE & CLARKIO, quavis ratione defendere Odysseam tentarunt. Sed, ut ubique, ita & hic, abiectis auctoritatibus, quid hujus rei sit, videamus. Primo, ille quidem recte desiderari videtur in Odyssea impetus, ille vigor, ille *εὐθεστατμός*, qui in Iliade nos modo in Deorum rapit concilium, modo in castris vel Græcis vel Trojanis sistit, modo nos in præliis facit depugnantes. Sed & illud verum est, ipsam Odysseæ materiam minus ardori illi vel furori fuisse aptam. Habemus in ea Vlyssem patientem illum & tranquillum, non Achillem importunum, inexorabilem, acrem, cuius mores vehementes ut multis magis placent, quam illius lenes & placidi (5); ita similiter Odysseam postponi suspicor Iliadi. Nam quamvis in utroque poëmate omnia, quæ sunt, ortum dicant ab amore, non quidem ita, ut in Virgilii vel Didone vel Turno se prodente, sed latente illo & modo tum ex litibus, quæ ob raptam Briseida ortæ sunt, tum ex tumultu, quem procorum in Vlyssis ædibus ob Penelopen commoratio excitavit, colligendo: non tamen idem effectum dedit amor utriusque. Achillem fas erat gravissime irasci, furere, coquos terramque miscere: at Vlysses, quam amabat, uxorem calliditate potius, quam vi, nisi ubi opus esset, e procorum manibus liberare tentabat. Quia via nihil tam vehemens, tam concitatum producitur, quam ubi quid armis tentatur perfici. Porro Achilles Deæ erat filius, hinc non una tantum Minerva in scena se ostentat: omnes ille Deos secum in prælia ducit. Jupiter ipse non in ultima solum pugna, sed & maxime in ea, quæ ad naves geritur, in Idam descendit, quomodo pugnetur, attendit, mox fulmen mittit, mox Iridem, & sic non pugnæ modo, sed & ejus descriptioni quam maximum dedit splendorem. At Vlysses, ille non Dei Deæ filius solam comitem habet Minervam, altam quietem in Odyssea agit Jupiter, bis terve modo de rebus ejus consultat, & præter Neptuum Mercuriumque reliqui Dii majorum gentium conquiescent omnes. Sed forte & hoc, quod Homerus non plures Deos introduxit, illæsa simplicitate, & quod, ut infra videbimus, & Neptunum, qui in carmine appetet, non satis dedit efficacem, senescens prodit poëtæ ingenium. Quare nihil addo, nisi id quod observavit Hagedornius (6), quem

(5) Abtti lib. vom Verdienste, p. 110.

(6) Betr. üb. d. Mahl. p. 380.

quem quæ artibus eleganterib[us] præst Dea, in splendorem earum nasci voluit: Odyssean[us] plus ad pingendum materiæ dare artificibus, quam Iliada. Utinam igitur & ex illa Caylus aliquis nobis det tabulas! Cur Odysseam investigandam mihi sumserim; quod virtutes ejus minus, quam Iliadis explicatae sunt, ratio est.

CAP. I.

De personis Odysseæ, & quidem I. de Vlysse.

Vlysses cum princeps carminis persona sit, age iam de eo pressius agamus. Est ille non Dei Deæve filius; pater erat Laertes, qui adhuc dum, cum rediisset, vivebat. Genere eum fuisse haud obscurio; ipse prodit, stirpemque a Jove dedit (1), & ex Piero docet Herc. Ciofanus (2) signum hujus nobilitatis esse pileum, quo plerumque caput Vlyssis solet pingi, ut auctor est Plinius (3). Ovidius (4) vult eum minus formosum fuisse, & Philostratus (5) depingit ut *υποτιμον και & μεγαντη πεπλανυμενον τρεσ οφθαλμους*: immo calvum fuisse ex Synesio docet Hadr. Junius (6). At laudat ejus formam HOMERVS, non quidem depingens, quali sit facie, sura, pede, dente, capillo, ut imperiti quidam (7) poëtæ faciunt: sed hinc inde unam quasi pulchræ formæ lineam dicit (8), lectorique voluptatem, tum universam pulchritudinis imaginem colligendi, tum, quæ describenda restabant, ex ingenio supplendi, relinquit. Hinc modo majestatem corporis (9) in primis cum federet (10), illi tribuit, modo contumam *vancrivny* (11), modo

(1) Met. Ovid. XIII. 142. (2) ad loc. Ovid. laud. p. 233. ed. Plant.

(3) H. Nat. XXXV. 22. T. II. p. 700. ed Hard. sic & appareat in signo Daëtyl. Lippert. T. II. Chil II. p. 50. cf. tabula, quam dedit Drakenb ad Sil. It. p. 637. (4) AA. II. 123. (5) Operum, p. 717.

(6) Comment. de Coma, p. 429. (7) conf. Dorvil. ad Charit. p. 163. (8) ex Hom. puto, BAVMGARTENIVS, Vir egregie de

litteris omnibus meritus, regulam suam Aesthet. P. II. p. 434. §. 658. datam deduxit. (9) A. v. 194. (10) ib. 211. (11) ec-

مام *vancrivny* esse nigram vult, præter Eustath. ad h. l. Huet. Epist. ad Labbæum, Diss. quas Tilladetus edidit, T. II. p. 394. cui accedit

Dor-



modo tacite eum laudat, cum Nausicaam introducit, sibi talem olim maritum optantem (12). Fuerit autem vere deformis: nunquam enim cum quoquam litigabo; nam æque mihi hoc curæ est, ac, an Turnus flavum crinem habuerit, an vero nigrum? Fuerit igitur deformis: quid tum? Homerus pulchrum esse voluit, neque id sine ratione voluit. Nam & externa corporis forma studia civium suorum, pulchritudinis amantium, conciliare ipsi animus erat. Verum uti LESSINGIO, Viro Doctissimo (13), pulchritudinem non solam lectoribus conciliare Heroem, crediderim: ita neque summum pulchritudinis exemplar Homerum in Vlysse dicimus posuisse, sed animi potius ingeniique dotibus eum illustrem charumque amicis reddidisse. Et quæ sunt illæ dotes? informemus animi imaginem! (14) Est princeps patriæ amans, quam asperam, & in faxis, tanquam nidulum, affixam pulcherrimis Circes & Calypsus insulis anteponit: est quoque amantissimus uxoris, patris senis, filii, civiumque omnium, itineris maxime sociorum. Consiliorum est abundans, prudentemque se gerit in periculis. Quamvis autem manu fuerit strenuus, ut apparet ex Iliade: non tamen fortem eum præcipue dare voluit in Odyssea Homerus. Neque unquam habebat, excepta procorum cæde, ubi talem se ostenderet. Nam ubi libro ultimo jam ad arma ventum erat, bellum interventu potius Minervæ, & ex machina quasi, quam Vlyssis for-

Dorvii. ad Charit. p. 545. & Moses Solanus ad Luci. T. II. p. 426.
Vir Doct. Heynus ad Vigil. Ecl. II. p. 16. conf. Plinius, H. N. XXXVII 41. p. 784. Olear. ad Philostr. p. 694. Locus Homericus est ad. g. 230. al. (12) g. 244. (13) Laoc. p. 29. conf. tamen, quæ Ill. Klotzius Act. Litt. Vol. III. p. 292. ad h. l. ait. Est enim omnino hæc ars poëtarum, quis nescit Aeneam os humerosque Deo similem? quis Homeri nostri Achillem in omnibus Græcis pulcherrimum? quis Penthesileam jacentem defleret, nisi Diana similis jacuisset? (ap. Quint. Cal. a. 661.) (14) Personatus Proteus, si potius Philostratus p. 712. accusat eum infidiarum & calumniæ que's petierit Palamedem & Achillem; caneque pejorem dicit, p. 680. fraudes apud Ovid. Met. XIII. 32. 44. 56. 105. objicit Ajix: idem quoque timiditatem. v. 64. coll. Quint. Cal. V. 186. scelera Sinon, ap. Virg. II. 164. sed hæc poëtam non tenent.

fortitudine diremptum est. Quare ubique fere calliditate potius (15) quam vi se expedit ex angustiis. In laboribus erat indefessus, sitis famisque patientissimus, adversis rerum undis immersabilis, generosus, (16) Deorum, Minervæ maxime, cultor pius. Sed quid *χαρακτηρα* ejus colligere satago? ipse nobis sapiens ille senex initio dedit operis. (17) simulque normam, ad quam omnes herois res gestas, an moribus ejus respondeant, nec ne? dijudicare possimus. Quod qui fecerit, ubique eum sui similem deprehendet.

Atque ita iis, quæ ad Vlyssen pertinebant, consideratis, ad reliquas personas pervenimus: quibus eo minus immorabitur, cum ex iis non summa rerum, ut ex Vlysse, sed pars tantum carminis pendeat. Primus occurrit Telemachus, qui cum juvenis adhuc esset XX. annorum, comitem ei Minervam jungit poëta: hinc ubique prudentem se gerit fortisque. Ceterum est amans patris, cuius redditum vehementissime optat; matrisque, (18) cuius dolores quacunque ratione lenire tentat.

Penelopen: o si proferre possem illam Zeuxidis! Penelopen Homerus
ut

(15) Calliditate se omnes superare, ipse gloriatur *Od. v. 19. coll. v. 296.* quæ sui ipsius laus in h. l. non est reprehendenda. Sæpe poëtæ heroas suos suis ipsorum veribus laudant. Unum locum apponam ex Charit. *β. 5. p. 29.* Διονυσίος εἷμι, Μιλησίων πρώτος, σχέδον δε καὶ της οἰης Ιωνίας, επ' εὐσεβείᾳ καὶ φιλαθρωπίᾳ διαβούτος. Ubi vid. Dorvill. *p. 184.* idemque Obs. Msc. Vol. I. T I. p. 19. ubi locum similem Virg. defendit: de quo quidem aliter sentit Homius, Crit. T. II. p. 173. Cap. XVI. conf. Pierson. Verisim. *p. 206.* (16) Unum exemplum proferam ex *Od. v. 183.* Melanthius Vlyssi, Domino, longiusculam in domo ipsius commorationem reprobat, eumque jubet exire. Quid Vlysses contra? num plagis hominem excipit? num convicia regerit? tantum abest, ut ne respondeat quidem. En animi hujus magnitudinem! quam quoque jam antea mirabamur *φ. 238.*

(17) αὐτῷ μ. ενν. Μ. πολυτροπον (calliditas) οἱ μ. π. πλ. - - - πολλ. δέσμο. ιδ. αιτ. ναι νοον εγγνω (prudentia) πολλα δόγ' εν ποντω πατέρευ αλγεα • κ. 9. (adversis rerum immersabilis undis) αργ. η τε ψυχ. κ. νοσον εταιρεων (civium & sociorum amor) απ' εδ - - - πεχοπημενον ηδε γυναικος (amor uxoris). Quam προομια Homerici virtutem nescio an quis observaverit. (18) Posset quidem objici locus *Od. α. 356.* ubi ma-



ut fidæ conjugis matrisque (19) exemplum proponit, ac talis ubique
apparet, sive mariti filiique absentiam lugeat, sive procos moras ne-
Etendo ludat, sive hos reprehendat tumultuantes.

Tertius in scenam prōdeat Eumēus. Quid hic συζωτης ταυτα ψχ
νβρις? inquit fortasse aliquis nasi delicioris, qui hunc cum nostris
hujus generis hominibus comparet, hujusque fortunam æque tenuem
fuisse judicet. At sciat, morum veterum simplicitatem non ad elegan-
tiam nostrorum exigendam esse, in quo multi errant. (20) Subulcus
igitur hic non tam ipse sues custodivit, quam potius supremam rei
pecularię curam habuit (21). Homerus saepius eum vocat ορχαυον
ανδρων, quod quidem Schol. επι τη ευγενεια (22) ridicule interpreta-
tur; placetque Eustathius, qui eum vocat αρχοντα δελων ετερων.
His si addideris, fidissimum fuisse civem, non erat sane Telemachos,
cur ejus puderet. Homeri ætate, inquit Auctor libelli infra indicati (23)

&

trem ad negotia sua reverti jubet filius, sed, puto, defendendus est
lege Græcorum, qua viduæ (& talis habenda erat Penelope) in filii
puberis potestate erant. vid. Meurs. Themis Att. p. 82. (19) Quæ-
rat aliquis, an pulchra fuerit? cur negem nulla cauſa est, est potius.
cur affirmem. Non quidem, ut Anacreon puellam suam, nobis eam
H. depingit, & τε παντος προσωπεω περιγραφη και παρειω το απαλον, και
γινα συμμετρου (ut Lucianus ait Imag. c. 6. T. II. p. 464.) & quid non?
describit: sed ex desiderio procorum τε παντοι λεχεσσοι κλιθηναι, & quod
Dianæ Venerine assimilatur (ad. p. 37.) non deformem fuisse appetat.
Ceterum & hoc notandum est, non gracilem eam dare potestam, ut
patet ex od. φ. 6. nam Homero, ut ait Quintil. Instit. XII. 10. p. 621.
etiam validissima quæque forma in feminis placet. conf. Winkelmanni
Ged. u. d Nach. Gr. Werke, p. 74. (20) vid. Rollin de ratione disc.
& doc. litt. eleg T. I p. 457. coll. p. 489 Gerard. Vers. üb. den Geschm.
P. II. p. 136. (21) od. ξ. 3. ο οι βιοτοι μαλισα ιηδεο οικηνων. (22)
Barnefius quoque generis nobilitatem ex επιθετω dios elicit. At quam-
vis verbum h. sensum h. habere non negem, ex gr. od. γ 266. uti &
λ 352. ita interpretari malim, quam contortam Eustathij rationem
inire: id tamen in Hom. recte observalle videtur Max. Tyr. diff. κβ.
p. 126. ed Heins. P. idem illud denotare, quod v. αγαθος. In etymo
vero addito nostra ætatis grammaticum olet. (23) Harlekin, oder Ab-
bandl.

& jure in Fragmentis (24) laudati, aulam principum minus fuisse splendidam vel ex eo appareat, quod Telemachus familiariter utebatur bubulco, i. e. Philætio. De hoc enim idem, quod de Eumæo valet. Fuit igitur uterque civis bonus, principique in tanta rerum Ithacensium confusione in primis fidus, prudens quoque, nec consilii inops. insuper & manu haud imbellem fuisse, cædes procorum probat.

Irruant denique proci, de quibus quid aliud dici potest, quam quod Horatius (25) dixit, esse juvenes, fruges consumere natos, nebulosus, in cute curanda plus æquo operatos, queis pulchrum fuerit in medios dormire dies, & ad strepitum citharæ cessatum ducere curam. (26) Sed latius hæc patent, & ad plures forte, quam ad procos Penelopes extendi possunt. Ceterum & de Alcinoo & de Arete & Nausicaa & aliis aliquid dicendum erat: sed mittimus eos, qui non per totum poëma, sed in parte tantum ejus apparent; & quid cuique personæ vel splendoris vel umbræ dederit, Poëta, videmus.

Pictores, illi poëtarum fratres, in tabulis suis, uti sciunt vel leves picturarum spectatores, alia plena sub luce videri volunt, alia obscurum amare jubent. Age profer celebrem illam Lairesii tabulam. (27) Seleucus I. Stratonicen conjugem Antiocho, filio, præ amore in novercam febre ardenti, præsente medico eodemque sacerdote, tradit. Quæ est persona princeps? non sine iudicio voluit eam esse Stratonicen. At hæc quam plena luce coruscat! Minus illustratus est juvenis regius; qui cum per se plurimum lucis accipere debuisset, & ta-

B 2

men

bindl. v. dem groteske-Komischen, p. 67. Esse hunc III. Mæserum, didici ex Nicolai V. C. vita Abbtii, p. 17. (24) Fragmente zu den litteratur Briefen, 1ste Samml. p. 157. quorum auctorem esse didicimus Härderum, cuius eruditionem si non admiraremur, modestiam, qua initio nomen suum non prodidit, amaremus. (25) Epist I. 2, 27. (26) Bentl. Iagi vult: cessantem dueere somnum, quam leet. probare videtur Clark. ad od. 9. 248. an reæte, alii viderint. Hujus loci hæc disputatio non est. Ceterum de leet. editionis Venetæ & Locherianæ (cessantum ducere curam) nihil dicit ille. Interpretantur, otiosorum habere curam: quod idem est, ac si dixeris, nullam cur. hab. qui sensus bonus est, adeoque nihil mutandum temere. (27) describit eam Winkelmannus V. Cel. & Doct. Gedanken v. d. Nachahm. griech. Werke, p. 76. laudatque artem descriptionis III, Haged Betr. p. 468.



men maximam illius partem reginæ pulcherrimæ magis, quam ægrotanti Antiocho, dare conveniret: eum pictor ita expressit, ut qui sit ejus animæ status facillime possis divinare. Denique Erißistratus minimum quidem lucis habet, at ea, quæ agere eum jubet officium, latere illum non sinunt. Porro, in notissima illa Timanthis de Iphigeniæ immolatione (28) tabula, quæ sit lucis & umbræ ratio, quæramus (29). Luce, ὡς εὐος, eminent Iphigenia in rogo jam posita, quæ ut eo majori luce coruscaret, sacerdos nube superimpendente aliquantum obumbratur, ita tamen, ut ipsa ejus persona resque facienda satiis eum attentione dignum demonstret. Non procul hinc, averso, ut fere omnes, vultu obvelatoque spectandus est Agamemnon, ille quidem non minus illustratus, sed ita tamen, ut eum non personam principem esse ex oculis spectantium, qui in Iphigenia desixi sunt, apparet. Agamemnoni a tergo stant duces Achæi, in quibus dignoscitur Vlysses, vel potius Menelaus, patruus; qui ex parte apparent, ex parte latent. Militum turba tota in umbris delitescit. Eandem artem sine dubio observare erat in pictura Poussini de Germanici morte (30). Sed properandum est ad poëtam. Qui in carminibus suis egregie lu-

cem

(28) Vid. Vir III Hagedornius, *Beträcht.* ub. d. *Mahl.* P. I. p. 170. & quos dedit Doct. Klotz. Epist. Hom. p. 273, qui ibi de expressione luctus agit. & maxime de obvelato Agamemnonis vultu, caussaque in desperationem artificis de exprimenda satis tristitia rejicit: quem sequitur Bodenus, V. C. Comment. II. de umbr. poët. p XXII. & sic quoque sensit Dolcius, *Gespr. üb. d. Mahl.* in d. *Samml. ver. Sibr.* 1. B. 1stes St. p. 118. Aliter sentit Lessing. *Laoc.* p. 18 f. & ob male deformatum doloris nimis magni expressione vultum potius illum a Timanthe obvolutum judicat. Succurrit Niobe ap. Winkelmann. *Palæol. Art.* P. II. p. 338. Additus est illi filius, duæque filiæ, quarum una brachio vultum, & cum vultu dolorem tegit. Ais, desperasse in exprimenda tristitia artificem: cur non in fôrore desperavit? vel indecorum fuisset, inquias, summum doloris gradum exprimere, cur non indecorum erat in altera? cuius luctus æque magnus esse debebat. Quid igitur? Dijudicent docti, mihi in his sacris vel leviter vel plane non initatio dubitando discere liceat! (29) Ante oculos habemus eam delineationem, quæ præmissa est libro Winkelmanni *Gedank.* v. d. *Nach.* Gr. W. (30) vid. du Bos krit. *Betracht.* üb. die *Poes.*

cem & umbram dispensavit, in qua arte principem eum appellat Bodenus (31). Sic cum in Iliade plures heroas aut æque fortes aut parum fortitudine sibi cedentes invicem haberet, unum vero Achillem omnibus superiorem: (32) Diomedem quidem in prima maxime pugna spectari voluit, resque gestas summas illi adscripsit; Ulyssem nocturno furto adhibuit; Ajacem fere unum in prælio, ante Achillis in pugnam redditum confimisso, Hectori, omnibusque Trojanis opposuit: Achillem (33) vero non solum per totum carmen, ut Clarkius ad naufragium fere inculcavit, spectat, sed & reliquorum fortitudinem deprivit, uno illo produculo, quem Hector cumque eo Trojani omnes, quos contra nihil fere efficere poterant reliqui, fugiebant. Atque in prælio, quod est in Iliade ultimum, ne unam quidem rem aut a Diomede aut Ajace gestam memorat: Achilli uni tribuit omnia. Ita tunc in eo totus est: ita unum illum honorat! Quid majus est arte illa, qua in Hellenes & Paridis persona utitur? Nonne ob illam belli incendium excitatum est? nonne hic filius regius est, æque uti Hector? nonne utriusque pulchritudo celebratissima erat? annon igitur principes personæ esse debebant? Certe juraverim fere, non defuturos fuisse, qui errorem hunc errassent. Cum enim multi heroas suos in omnibus rebus ad summum fastigium evectos nobis ostentent, & æque fortes ac pulchros, æque virtuti deditos ac pulchros, æque sapientes, ac virtuti deditos, æque generosos, ac sapientes, & quales non? dent: quidni Helena ubique, tam in Trojanorum urbe & exercitu, quam in Græcorum castris mirabilia forma sua effecisset, & Paris, tanquam alter Pyrgopolinices, solo afflato totas legiones difflasset? At Homero, simplici illi seni, sufficiebat Helenam in XXIV. libris ter tantum produxisse, & semel tantum ita, ut forma sua quid efficeret (34). Vbi licet illam odio dignam fuisse non negemus, arte tamen illa, qua eam culpam suam confidentem inducit, id efficit, ut quivis facile illi igno-

Poes. u. Mahl. P. I. p. 83. 350. P. II. p. 77. (31) Comment. II. de umbr. poet. p. 32. (32) conf. Battes. Einleit. in d. sch. Wissensch. P. II. p. 105. (33) vid. Homius Crit. P. III. p. 239. (34) i. y. 156. ad quem l. vid. Clark. & Lessing. Laoc. p. 215. locum illum ante oculos habuisse videtur Charit. y. p. 44. lin. 25. 26.



ignoscat. Quid Paris? in primo exercituum concursu jactantem eum
videas, immo & Græcorum fortissimos provocantem:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?

Vix conspecto Menelao, ubi Paris? Evanuit profecto, i. e. post milites latet. Objurgatus deinde ab Hectore prodit iterum & cum Menelao suscipit *μονομάχια* (35). Hercle vero! prodiisse tantum & depugnasse videtur, ut Venus habeat, quem nebula circumfundat & abripiat (36). Postea quidem in prælium reversus vulnerat Diomedem, at ex insidiis, i. e. post columnam latens (37), quod non est viri fortis. Machaonem quoque non cominus, sed sagitta eminus (38) vulnerat. Denique quidem interficit Euchenorem (39) at de plebe militem: quod tanti non est. Hæc de luce, qua in Iliade splendet Achilles, & de umbra, per quam, quasi per transennam, conspicitur Paris cum Helena. Ipsam jam evolvimus Odysseam, in qua minore arte, quam in altero illo carmine opus erat. Solus enim fere est Vlysses, quem spectare debebat poëta. Filius enim, Eumeus, Penelope per se plus lucis poscere non poterant. Ille igitur statim ab initio appetet. De ejus enim reditu in concilio Deorum (40) deliberatur. At finito illo per totos 4 libros evanescere videtur, sed tamen non evanescit. Telemachi enim crebri sermones & ad Minervam & ad procos & ad Nestorem & ad Menelaum Helenamque de quo agunt, quam de patre? rursus, quid iter illud spectat aliud, quam Vlyssem reducem? denique & quid sibi volunt perpetuæ Penelopes lacrimæ? quid illud, quod ne

(35) Hanc quod Priamus non spectavit, sed in urbem reversus est, laudat Ill. Klotz. Ep. H. p. 280. & ex hoc paternum animum optime elucescere judicat. Quare mirari fere subit in Homero, quod non solum Patrem, sed & matrem spectatores facit cædis Hætoris, filii, quem uterque parens summopere amabant, & magis amabant, quam Paridem. An ut testes essent virtutis Hætoreæ? an ut scenam faceret fibiliorem? (36) de umbra hac vid. Lessing. Laoc. p. 137. (37) Ia. 371. (38) ib. v. 507. (39) Ia. v. 663-71. (40) duo concilia habentur, primum carminis init. a. v. 31-96. alterum & 3-28. at cur duo? nonne unum sufficiebat? caussam scire velim: succurrerunt quadam rationes, sed cum mihi non satisfaciant ipsi, apponere eas supersedeo.

ne Phemium quidem, Græcorum de Troja redditum canentem, posset audire? nempe hæc omnia vel latentem in Ogygia Vlyssem producunt, & si non in luce meridiana, in aurora tamen collocant, & ita collocant, ut satis ubique, modo ut pater, modo ut maritus, modo ut princeps optimus appareat, lectorque ejus nunquam obliviscatur. Sed in libro tandem V, quem adhuc quasi per nebulam monstraverat poëta, totum in scena sicut, neque unquam, donec aulæa cadant, dimitit. Nam quod libro XV. celeriter admodum, Telemachum in Ithacam reducendi causa, Spartam Pylumque excurrat, non notari meretur. Talis autem appetat ubique, ut, quam illum unice spectet Homerus, quam illum honoret, facile videas. Fuitine cum illo apud Phæacas? meministine, quanto eum omnes honore ornaverint? Rex convivia apparat splendida: instituit ludos: totus populus concurrit: omnes regis exemplo excitati donis eum haud vulgaribus cumulant: deductionem in publico concilio amplissime decernunt. Age jam, siste tibi illum in ipsis ludis. Currunt juvenes, luctantur, discos jacunt. An in his otia agit Vlysses, qui, ut ipse, licet inter imbellies Phæacas, ait (41)

παντα - ε κακος εσι μετ' ανδρωσιν, οσσοι αεθλοι - - -

Minime. Utque robur suum exercere possit, de medio juvenum suscitat aliquem Homerus, qui eum provocet. Quid igitur Vlysses? dicum jacit

μειζονος και παχετον, συβρογητεον εη οδηγου περ,
quam reliqui Phæaces omnes, & ita jacit, ut omnium metas longe is supervolaret (42). Comitare illum e stadio ad coenam. prodit Demodocus, amabilis ille cantor. Quid canit? Equum Trojanum, & hinc Vlyssem maxime, ejus inventorem laudat. neque id cantorem, carne modo ab Vlysse donatum, se gratum ut praebat, cecinisse quis dicat.

Quis

(41) *od. 9. 214. ss.*

(42) Egregium hoc simul artificium erat, Vlyssi Phæacum benevolentiam conciliandi & existimationem. Cum enim ipsi homines essent minus bellicosi, minusque in palæstra quam in tripudiis exercitati, non poterant non eum, qui hæc virtutis specimina ederet, suspicere. Qua re quoque animum lectoris præparasse mihi videtur H. ne si inferius tam prompti Phæaces dona hospiti promitterent, miraretur.



Quis enim sit ille hospes, neque Demodocus neque quisquam alias
tum adhuc norat. Conferamus jam iter Telemachi. Benevole pro-
fecto excipitur a sene Nestore, benevole a Menelao, conviviis eum
uterque honorat; at privatus eorum hospes est: Vlysses Phaeacum pu-
blicus hospes apudque omnes devertisse videtur. Sequimur illum in
Ithacam. Deducitur in casam Euminæ, ab hoc, & quidem sub mendici
persona, in urbem, imo in ipsum procorum convivium. Jam qua ar-
te id efficit Homerus, ut delicatuli illi juvenes virum senem, laceris
vestibus indutum, quid? quod vix pannis tectum, inter se versantem
tolerarent. Quin eum exturbabant? quin scena ejiciebant? Initio
quidem tutabatur eum favor Telemachi & Eumæi: postea vero cum
prope expelleretur, jamque, stimulos subjiciente impio illo Melan-
thio, ab Antinoo scabello percussus esset; ipseque tamen ut *convivio*
eorum ad expiscanda procorum consilia optimamque cædis viam in-
veniendam interesset, opus omnino esset: introduxit alterum mendicum,
procis non incognitum iisque saepius molestum. Quem cum Vlysses & ipsius
impudentia & procorum stimulis incitatus ex convivio ejecisset: (43)
gratiam omnium ita sibi demeruit, ut eo facilius illis interesse ipsis,
neque interesse solum liceret, sed perpetuo fere tum cum ipsis, tum
cum Telemacho confabularetur. Convivio finito colloquebatur aut
cum uxore, aut cum Eumæo Philætioque, sic ut ille ubique princeps in
theatro persona appareat. Sed properamus ad ultimum illum actum,
in quo fabula felicissime explicit; ad cædem procorum. Primo quidem,
quale quantumque est illud ausum, unum illum 108. (44) præter
octo faintilos aggredi non dubitasse. Cum enim magni & elatioris
animi indicium sit, vel consilium rei difficilioris, de cuius prospero
eventu quævis humilior anima desperaret, capere: quam illum, qui
opus ipsum grave arduumque suspicere & aggredi audet, suspicia-
mus necesse est: Ipse Homerus ita ratiocinatur (45):

715

(43) quo ex loco si Auctor libri de poësi Hom. T. V. p. 257. (ed. Clar-
kio-Ernest.) comediam deducere vult, æque ridiculum se præbet,
ac si Homerum medicum facit hoc argumento, quod *μην φυγειει*
esse scripsit Θεοφ., p. 253. Sic cœci sunt, qui in uno homine ad-
mirantur omnia! (44) *ed. π. 245.* (45) *κ. 12.*

τις κ' οιοτο μετ' ανδρασι διπτυμονεσσι
Μεγον εγι πλεονεσσι, και ει μαλα καπτασι ειη,
Οι τενζειν θανατον τε κακον και κηρα μελαιναν;

quanquam hæc magis de inopinato inter scyphos impetu, quam de magnitudine facti, intelligenda sunt. Deinde in ipsa pugna, quam fortè se præstat? ipse fere unus omnes ihos procos trucidat. Habebat quidem adjutores filium, Eumæum Philætiumque, sed illi vix unum alterumve interficiebant. Quemadmodum itaque Vlyssem per totum carmen plena luce splendentem admirati sumus: sic Telemachum uti virtutis patriæ ænulum, ita ob prudentiam suam, parentum amorem, constantem animum & fortitudinem omnino non indignum esse videmus, quem Homerus in luce haud quidem plena, sed in luce tamen poneret. Sed quid dicamus de Penelope? raro illa in scenam prodit, nec prodit, nisi forte ut cum Telemacho colloquatur, aut procos reprehendat, aut de diuturna mariti absentia queratur. At propius & accuratius poëta artem considera. Cur domum Vlyssis occupant proci? cur quotidie ibi convivantur? ludunt? ad seram usque noctem commorantur? annon hæc omnia Penelopes caussa fiunt? Ex altera parte cur Vlysses consilia init procorum interficiendorum? cur mendicum simulat? indignis modis traetari se sinit? cur maximum periculum adit in proci cædendis? nonne, ut Penelope uxorem reciperet? Porro quis certamen inter procos instituit? & quis hac ratione, ut Vlysses arcum sine suspitione sumere posset, efficit? annon ipsa Penelope? Vides itaque, unicam illam tum a proci tum ab Vlysse spectari, & signum quasi pugnae, licet insciam dare; & tamen fere totam, ut in Iliade Briseida, caussam illam malorum omnium, latere. Cur igitur maxima ex parte umbris eam involvit Homerus? cur ei non Penthesileæ Camillæ & fortitudinem virilem dedit? cur

Illa colo calathisve Minervæ
Femineas affluta manus

non ipsa cum proci manum conservuit? cur illam inter ipsam cædem dormire voluit? scilicet, puto, Homerus ita voluit, ne lux illius lectoris oculos præstringeret, & ne Vlysses plena luce conspiciantur, impeditret. Eumæus denique & Philætius per se quidem sunt personæ

C

non



non ignobiles, at tamen infra majestatem carminis epici positæ. Cum tamen fide in principem præ reliquis Vlyssis civibus omnibus haud leviter excellant: non plane umbris involvi meruere, radiisque gaudent, ab Vlysse, uti Erisistatus in laudata Lairessii tabula ab actionis sanctitate, mutuatis derivatisque.

Restat ut hoc capite, quam aptus morum artifex sit H. videanius. Est id quidem jam a pluribus demonstratum: sed nos quoque loca nonnulla, a nemine, quantum scimus, notata producemos, tum quod jucunditatis quid inest in morum aliorum observatione, tum, ut quidam, qui id nesciunt, discant, Homerum, ut Horatius (46) ait meliorem morum præceptorem esse, Chrysippo & Crantore. Mirifice semper mihi placuit elegantissima illa de Nausicaa (47) narratio (48), tum ob simplicitatem temporum, quæ ex illa elucet, tum maxime ob elegantissimam illam, qua Vlysses puellam alloquitur, orationem. Primo igitur, qua arte usa est Minerva, sive potius Homerus, ut per Nausicaam Vlyssen in urbem ædesque regis Phæacum introduceret? Commonefacit illam vestium sordidarum, nuptias appropinquare nunciat, vestesque jubet lavare. Num aptius eam movere poterat ad ædeunda illa loca, ubi Vlysses dormiebat, i. e. ad lavacra? quis enim nescit puellarum munditiæ studium? En. Europam in mediis undis vœtam, subito Jovis raptu territam & exanimatam fere, eandemque tamen vestes, ne foedarentur, colligentem! (49) En. Camillam Virgilii, bellatricem illam & a muliebribus studiis alienam, in hoc tamen illis similem, quod ornatum amaret! eaque ratione mortis ejus occasionem aptissimam finxit Maro. (50) Quod cum cogito, & eundem, quod sine ulla cauſa probabili Creusat, uxorem Aeneæ, scena ejicit, reprehendi

(46) Epist. II. 2. seqq. (47) pulchritudinem ejus celebrat poëta, Dianæ eam assimilans, socias Nymphis. Nausicaa würae unter ihrem Gefolge minder reizend hervorschimmern, wenn Homer die Züge, womit er diese Tochter des Alcinous geschildert, an ihren Begleiterinnen hätte verschwecken wollen, sagt H. v. Hagedorn, Betr. p. 42. qui & conf. p. 323. Ceterum h. Hom. locum respexisse videtur Charit. a. p. 3. lin. 19.

(48) quæ est libro VI. (49) Mosch. Ed. B. 122. (50) Aen. XI.

hendi (51) memini: annon eam ob pretiosam vestem aliamve rem, mulieribus aestimatam, domum remittere, & sic Aeneam ab illa, quando quidem ita opus erat, liberare potuisset, animo meo succurrit. An recte? viderint docti: ego redeo ad Nausicaam. Excitatur illa e somno, surgit, patrem querit, vestes lavare se velle ait: cur? veramne causam addit? minime.

αιδετο (52) γαρ θαλερον γαμον εξονομηναι.

quam igitur? patri in conciones prodeunti vestibus lotis opus esse callide fingit; culpam quoque in fratrū παλλωπισμον, ut sunt juvenes, rejicit. Pater permittit: illa abit, vestes lavat, prandium caput, deinde sphera ludit, cuius in aquam incidentis βούβω expergefactus Vlysses prodit ex silua, puellamque, ut se in urbem ducat, orat. At quo tandem artificio, ut precibus hominis ignoti annueret, effecit? næ! plane puellarum mores non novisset, qui πολλων νοον εγγω, nisi a laudibus formæ ejus tributis exordium duxisset. Qua re statim incipit:

θεος νυ τις, η βροτος εσσι; (53)
Αρτεμιδη σε εγωγε - - .

Deinde cum misericordes esse soleant puellæ, & Nausicaam (54) miseria suæ narratione flectere tentat. Denique votum addit. Quale? an ut diu? ut sana vivat? ut felix? vix putem. Sed

τοι - θεοι τοσον δοιεν, οσα φρεσι σησι μενονας
Ανδρα τε και οικον - -

in quibus tota nunc virginis vota occupata erant, omnemque elegantissima de læti conjugii deliciis sententia claudit orationem. Non laudabo in reliquo h. libro το, τρεσσαν δ' αλλυδις αλλη, (55) & το, αλληποι

C 2

ληληπι

XI. 778. Par ce trait délicat d'une Morale aussi fine, que recherchée, le poete insinue adroitement, que l'imprudence a poursuivre ces éclatantes niaiseries fut la cause fatale de la mort de son heroine. Spectateur Tom. I. p. 77. (51) a Battesio, Einleit. P. II. p. 203. (52) v. 66. (53) imitatus est Virgil. Aen. I. 331. sed inferior videtur Homero. Ille in Dea, annon Dea sit, dubitat, hic in homine, conf. Hymn. in Ven. v. 88 seqq. (54) quare & ap. Lucian. Imag. c. 19. p. 478. T. II. ut χρηστότατος καν φίλανθρωπιας, uti Penelope cap. seq. σωφροσυνης & ευρωης in maritum, exemplum adducitur. (55) v. 138.



λύλησι κελευσαν, (56) & το, επον δ' αρα κερη (57) & votum puel-
λα, αι γαρ εμοι - - (58) & timorem ejus, μητις οπισσω μωμενη - (59)
in quibus omnibus muliebre ingenium cum voluptate deprehendisse mi-
hi videor: alia jam humani animi in H. vefligia persequar.

Nihil communius est in hac vita, quam ut præsentes in luctu no-
stro lucret quoque simulent:

Vt ridentibus arrident, ita flentibus adflent
Humani vultus (60).

Recessus igitur intimos latebrasque hominis qui detexerat poëta,
& has lacrimas falsas esse facile perspexit. Cum Telemachus Spartæ
defleret patrem, fleret Menelaus, fleret Helena: quid facit Pisistratus,
Telemachi comes? flet & ille. At ob Vlyssem? minime, sed memor
fratris ad Trojam occisi. Quis heic non meminit illius in Iliade (61)
σοων δ' αυτων ρηδε εκεσην.

Eos, qui longa nimis calamitate premuntur, oneri nonnunquam, patien-
tissimi licet sint, succumbere quis nescit? Hinc Vlysses, satis adhuc fatis agi-
tatus & in terram Phœacum ejactus tandem, ne hic quidem adversitatibus
suis finem posituros esse Deos, credebat. Quare ille ita ad Nausicaam (62)

πανσεδ', απ' ετι πολλα θει θελεσοι πυροφεν,

Culpar malefactorum omnem solemus in alios rejicere, inque eos
præsertim, qui vel absentes, vel mortui sunt, quique nihil nocere,
neque se defendere amplius possunt. Vides hoc in Eurymacho, proco.
Aggressus jam erat illos Vlysses: telo straverat Alcinoum: tremere
omnes; quid hoc rei sit, querere: se ulturos esse cædem minari.
Vlysses nomen suum profitetur: hem! subito Eurymachus omnia sce-
lera, omnes injuriæ, omniaque damna Vlyssi illata in Antinoum cæsum
conjicit: hunc esse malorum auctorem, hunc omnium malefactorum
inventorem, hunc ducem auspicemque: hinc & illum, quem paullo
ante omnes injuste cæsum esse dicebant, seque ulturos esse minabantur,
jure cæsum ait esse & prostratum. Talia quævis fere pagina dabit car-
minum Homericorum; quas delicias qui amat, legat, attendat, sentiat!

CAP.

(56) v. 211. (57) 223. (58) 244. (59) v. 273. (60) Hor. A. P. 101.

(61) σ. 302. Imitatus est Heliod. Aethiop. l. 2. p. 37. ed. Commel. ubi ita:
εδαχενον και οι ζενοι, το μεν, εκείνης πυροφασιν, μηνην δε των ιδιων εκεσος.
huic junge Charit. β. p. 31. lin. 11. & η. p. 136. lin. 6. (62) ed. §. 173.

C A P . II.

De materia carminis.

Jam ad ipsam fabulam (*μυθον*) investigandam accedimus. Hem! cogitabit unus & alter; hic poëtam ad jejunii Critici grammaticive compendium, more multorum, examinabit; quæ cum illo convenient, laudabit: ubi vero dormitantem eum deprehenderit, & a Tigellio suo recendentem: vah! quam male vapulabit infelix ille Homerus! At, o bone, non faciam, qui non procœmiorum modo, ut Quintilianus ait, sed totius carminis epicis leges eum ipsum non tam secutum, quam constituisse didici. Sed cum figendi tamen sint gressus, filum quoddam & in primis illud Ariadnæum Batessi, quod per doctas Rammeli, V. C. manus datum nobis est, secuturi, videbimus: hanc Homeri fabulam primo simplicem esse duntaxat & unam; deinde eam lectorum, tum personæ principis virtutibus, tum fabulæ ipsius argumento, tum denique eo, quod mirabile vocatur, ita in suas partes trahere, ut eum delectet inoveatque. Num dabitur nobis, Homeri artem ita explicare, uti illam persentiscimus? at nunquam quid quisquam, de quo desperavit, perfecit. Num ii, queis jam Homerus displicet, melius de eo, his lectis, sentient? modo a quibusdam non contemnatur amplius? annon ii, qui, quid in Homero pulchrum sit, quid divinum, melius me pervidere, libellum hunc, se indignum, rejicient? rejicere modo possint omnes, qui eum vident! & qui rejicere possunt, me eos felices prædicare, & sumimopere, *ως εικος*, suspicere sint persuasi!

Primo requiritur simplicitas, i.e. carmen non plures, sed unam tantummodo fabulam, quæ est *συστατις*, ut ait Aristoteles (1) *εχεστα αρχην και μεγον και τελευτην*, contineat. Simplicitas cum dependeat ab argumenti indicatione, quid Homerus promittat, videamus. Non dixit ille, se omnes res ab Ulysse gestas canere velle: *λιαν γαρ μεγας μυθος* ille, ut ait Aristoteles (2) *και εκ ευσυνοπτος εμελλει εσεδαι*. quare non narravit eum *πληγηναι* (3) *μεν εν παρνασσω, μανναι δε προσ-*

(1) Poët. cap. 7. p. m. 796. T. II. (2) Poet. c. 23. p. 813. (3) id.
l. 1. c. 8.

❧ ♫ ☽

προσποιοσαθαι εν τω αγερμω, ον γδεν θατερες γενομενες αναγνωσιον
ννη εικος θατερον γενεθαι, sed in μια πραξει subsistit: & quæ est illa?
domum redditus. At de eo ne γεν quidem in προοιμιω. Cum
Bossulo, (4) ut eum vocat Olearius (5) id observat & is, qui ad
vernaculam ejus translationem annotationes adjecit: Hic igitur cum se
expedire inde tentet, προοιμιον ad v. 21. usque extendit. Sed ut a
Bossulo discere poterat, opus non erat, cum redditus in eo jam lateat,
quod Vlyssem Homerus omni ratione suam suorumque vitam servare
voluisse ait, socios autem non servare potuisse, addit. Rursus, inquit
aliquis, ubi quid de cæde procorum indicavit poeta? Sed nec hoc
erat opus. An enim rediisse dici poterat Vlysses, nisi simul uxorem
recepisset, ædes suas occupasset, & de procis pœnam sumisset? θα-
τερες γενομενες αναγνωσιον νη εικος και θατερον γενεθαι. Cum ita-
que Homerus id tantum hoc carmine cecinerit, quod in operis limi-
ne indicaverat, i. e. redditum Vlyssis, quæque ab eo dependebant:
hinc carminis hujus conficitur simplicitas. Cujus summam non me-
lius dare nos posse credimus, quam verbis Aristotelis. (6) Αποδημων
Οδυσσευς ετι πολλα παραφυλαττεται υπο τα ποτειδωνος ετι δε των
οικοι ετως εχοντων, ωσε τα χρηματα υπο μητηρων αναλισκεται,
και τον ιιου επιβυλευεθαι, αυτος αφινειται χειμαδεις, και ανα-
γνωρισας τινας, αυτοις επιθεμενος, αυτος μεν εσωδη, της δε ξηρας
δερφερεν. En stupendam ingenii Homericæ vim! En aridum fabellæ
agellum ita luxuriantem, ut messis amplissima 12000 versuum efflore-
sceret, atque ita, quod maximum est, effloresceret, ut non arte pro-
ductæ fruges, sed sponte a liberali terræ ingenio datae esse videantur!
En solitudines Libycas, vel Armida scipione vel Neptuni tridente,
in amoenissimam mutatas regionem! ubi τι πρωτον, τι δε επειτα con-
templeris, hæsitas: an urbium splendorem? an turrium altitudinem?
an pratorum hilaritatem? an ridentem camporum vultum? Ita omnia
incredibili distinxit varietate! Jam te forte tedium in Iliade ceperat,
amicæ, perpetuae pugnæ (7). Præsensit id Homerus. In media pug-
na, in ipso prælantium ardore stupemus optimorum amicorum bigam,

ex

(4) de carm. ep. III. 3. (5) ad Philostr. p. 199. (6) Poet. c. 17, fin.

(7) a. v. 446. libri IV. 118. libri VI, i. e. per 1126. versus.

ex Græco alterum, alterum e Trojano exercitu, attonito oculo se fistentem.
 (8) An longe hinc pedem referam, & singulare hoc inexspectatumque spectaculum procul suspiciam admirabundus? an vero aduolem ad illos, & his brachiis candidas has animas amplectar? candida pectora pectori applicem meo? Hæreo. Jubet hoc animus blandæ apertus amicitiæ: illud, rei, quam video, insolentia. Quando tandem recurretis aurea illa tempora, ubi Amicitia, sacrosancta illa Dea, quæ nunc ob vilissimas res, ob levem in rebus nullius ponderis dissensum, abjicitur, arma cædesque perrumpit? quando tandem recurretis? Hoc actu, qui an magis mirabilis, an lætus fuerit, nescimus, finito, in aliam scenam nos introducit: unde quis est, qui sine lacrimis exeat? Mulier mariti amantissima, deque ejus discessu dolore fere exanimata, hunc, ne periculis se nimium exponat, miseriæ suam narrando, blandiendo, flendo persuadere allaborat: Hector durus quidem & immotus, at ille tamen non ita durus, ut non moveretur puerulo, de quo dicas (9): *ως αφελης ο παις εσι, και απλοῖνος, και αυτο δη τυτο παις ετι.* Sed quid hæc enarro? cum has delicias gustandas nobis dederit Vir (10), cuius epulis si nunquam satiari me posse, in quo, an doctrinæ veræ magnitudinem ingeniique felicitatem, profundamque artium cognitionem, an vero amabilem animi candorem, illamque pectori nobili dignam, qua, quæ sentit, dicit, libertatem admirer, si nescire me dixerim, haud vereor, ne quis hoc auribus Ejus datum putet esse. Redeo ad simplicitatem carminis, quæ interrumpitur quidem (11) at non tollitur iis, queis opus poëta distinxit, *επεισοδιοις.* Telæ enim illa suæ ita intexit artificiose, ut ubicunque quid inde velis decerpere, nihil quidem in fabula, delectationis tamen multum, & hinc inde quoque lucis aliquid desideres. In medias Vlyssis calamitates non secus ac notas rapit nos Homerus: dat nobis illum in Calypsus insula: quis, quomodo huc delatus sit, divinabit? didicimus ex Iliade, ad Trojam illum pugnasse: ejus redditum canere se velle, ipse indicat poëta; qui igitur, quid acciderit illi interea, scimus? & curiosuli tamen sumus,

ut

(8) § 119. (9) Lucia. Dial. D. T. I. p. 210. (10) Klotz. Epist. H. VI. conf. Mendelsohnij, V. cel. & acutissimi, *Philos. Schrift. Th. II.* p. 183. f. Haged. V. III. Betr. p. 322. (11) Hom. Crit. T. III p. 301.



ut sumus homines. Gratias itaque Homero agimus, qui, cum Vlyssem a Troja inde non vellet in Ithacam dducere, introduxit illum in Alcinoi convivium, ubi fata sua calamitatesque jam exantatas in *επεισοδίῳ* narrare poterat, & quidem apte poterat. Nam quid magis credibile est, quam Alcinoum, cumque eo Phæacum Optimates omnes, cupiditate, hospitis hujus, quem hominem & τυχόντα & manu quoque validum & sapientem esse viderant, fata discendi, arsisse? præser-tim, cum tam suavi promulside accepti fuerint & Alcinous & Arete⁽¹²⁾. Quare omnium nomine, in publico convivio, ita ad eum Alcinous⁽¹³⁾.

εἰτε οὐοῦ - . εἰτε δὲ μοι γαλάντε τένη, δημούτε πολιτε

(Και) αγέ, μοι τοῦτο εἶπε, καὶ αὔρεκεν παταλέζου,
Οπποὶ ἀπεκλιψάς τε καὶ εἰς τύας οἴκο Χωρας,

Ανθρώπων.

Εἶπε δὲ οὐτι πλαῖσι καὶ οὐδεὶς εὐδοὺς θύμα
Αργεων Δανιώτε καὶ Ιλίς οὐτοις οὐκεν;

Seriem igitur fatorum per integros 4 libros, semel leviter tantum abrupo narrationis filo⁽¹⁴⁾, narrare cœpit Vlysses. O suavem illam narrationem! Vti est

Swave mari magno turbantibus æquaora ventis.
E terra magnum alterius spectare labore;
Non quia vexari quemquam est jucunda voluptas,
Sed quibus ipse malis careis, quia cernere suave est:
Swave etiam belli certamina magna tueri
Per campos instructa tua sine parte pericli:

aut uti suavis & est sensus ille, pectori dignus haud ignobili, quo cum homine fortunæ ictibus objecto vel lata vel tristia ex animo sentimus: sic non minus suave est de tempestatibus marinis, pugnis, periculis vita aliisque rebus mirabilibus narrantem legere, & narrantem quidem Homerum, qui lectores facit spectatores. Rursus *επεισοδίῳ* illud⁽¹⁵⁾ de vulnere in Parnasso apri dentibus inficto non superfluum esse, & cum toto σωματιῳ cohærere, quis non videt? Exscindatur!
& de cicatrice, qua Euryclea herum agnoscit, plane erimus *απαιδευ-*

τοι.

(12) Od. η. 210. coll. μ. 451. (13) Od. ε. 550. seqq. (14) Od. Α.
322-76, (15) Od. Ζ. 393.

101. Illud, vero quod de Proteo narrat Menelaus, (16) nonne πλεονα-
 γει, & numerum versuum augendi causa est insertum? Videri posset,
 nisi exinde, Pater ubi cominoraretur, disceret Telemachus, & cum
 Telemacho nos. At de toto illo Telemachi itinere quid dicam, ne-
 scio. Estne επεισοδιον? loco hoc tam alieno? avidi Vlyssem ex Ogygia
 decedentem videre gestiebamus, & nos Homerus cum filio Pylum rapit.
 Ut Telemachus inauditiuncula quadam de patre adspiceretur, (17) aut
 ut gloriae quid consequeretur, (18) tantine hoc erat, ut ab Vlysse nos
 averteret? Porro cum επεισοδίς natura sit, lectorem, quem perpetuus
 narrationis trames lassum jam aliquantum fecerat, de via leviter de-
 flectendo, amoenis deverticulis excipere: qui heic in fronte carminis,
 ubi vix iter cum poëta lector ingressus est, locum habere potest de via
 deflexio? Pertinet, inquias, ad totius carminis συστάσιν, neque ab ea
 divelli unquam potest. Quid igitur eo sibi voluit Homerus? num quic-
 quam ejus opera effectum est? ut pater in patriam rediret? nonne Vly-
 sses in Ithacam, si vel mansisset domi filius, reverti potuisset? immo
 & reversus prior est. Neque satisfaciunt ea, quæ dixit Bossulus. Vult
 ille, propterea non statim ab erroribus Vlyssis incepisse Homerum,
 quod tum nimis sero, quis Telemachus, quæ Penelope, qui proci fue-
 rint, didicissemus. (19) Quasi non tum satis mature, cum Vlysses ipse
 in Ithacam devenerit, illos nosse potuissimus! Cui bono hæc omnia?
 Hæc non animo Homerum reprehendendi apposui, sed tum, quia ni-
 hil dissimulare didici, tum quoniam, ut melior me judex ex his me
 expeditat, opto. Quæro jam, quomodo Homerus attentionem sibi
 conciliaverit lectorum suorum, non quidem Græcorum, qui eum Θεον ως
 εισοροώντο, qui ex eo multa & in sacris rebus & in πολιτείᾳ hausere,
 quique eum publice coram populo a rhapsodis prælegi voluerunt; &
 hoc enim, cui Græcis fuerit usui? & illud: quâ in vernacula nostram
 sit transfundendus, & quâ hæc ex illo sit emendanda? pondus his annis
 humerisque nimis nunc foret grave, quod & viros doctos exerceat: sed
 id tantum, quomodo carmen ejus, quod humanæ fortis speculum exhibet,
 nos, & ipsos homines, afficiat, videbimus. Primo igitur statim at-
 tentos

(16) δ. 343. (17) Od. δ. 498. 555. (18) α. 93. (19) de carm. ep.
 II. 12. p. 157. D



tentos nos reddit ipsa, quæ princeps est, persona. Nam uti in Iliade Achilli vel maxime favemus ob amicitiam, qua Patroclum prosecutus est, tenerrimam verissimamque (20) (acre enim & pertinax inexorabilis bellatoris ingenium fortitudinemque Alexandris admirandam relinquisimus,) ita non possumus non Vlyssem, quem virum ita bonum esse videmus, amare, & de eo, infelici fato agitato, esse solliciti. Quamvis enim non omnis virtutis exemplar sit, quod Homerus eum sapienter noluit esse: (21) est tamen virtute haud vulgari exornatus, isque innumeris calamitatibus afflictus, & quidem ob virtutem exercitandam afflictus. *Ei αγαθός νν, ως νν,* inquit Maximus Tyrius (22) διοτι

Πολλῶν αὐτρωπῶν ιδεν ἀσεα παι νοον εγγνω, καὶ τολλα δ' οὐεν ποντω παθεν αλγεα ον κατα θυμον, πας γέτει μοιρα αυτῷ συνηγένη τα γυμνασια, αφ' αν αγαθος παι νν παι εδοξε, περιεποντος αυτῳ τα δαιμονια ανταγωνισας πολλες των μεν βαρβαρων το τρωικον, τα δ' ελληνικα τας αριστες, Παλαιμονι παι Αιαντα, των δε οικοι τας ισχυροτατες παι απολασοτατες, Κυκλωπων δ' αγριωτατου, Θρακων τας αξενωτατες, Φαρμακιδων την δεινοτατην, Θρειων δε πολυκηφαλωτατην, Θαλατταν τωλην, Χειμωνα χαλεπον, συνεχη νυαγια, προταγαγκασας αλαζοι παι πτωχευειν, ρακη αυτιοχομενον, παι μετα ταυτα αιτυντα απολες, παλαιοντα, λακτιχομενον, παροινηνον, αν εκαστον αυτω δια φιλιαι θεος προυβαλεν. Quis hunc non curet? quis & hinc, quomodo malis eripiatur, non attendat? & de erepto gaudeat? Porro quis illum non admiretur? Fortem quidem & excelsum illum animum, qui tanto malorum onere pressus sese erigit ipse, pauci aestimare didicerunt. Quamvis enim dolores nobis excitet omne id, quod nos ea, quæ volamus perficere tentat: (23) illi tamen raro oculis plebejis, at quam late se plebs extendit? non apparent. Quum igitur in Vlyssè cum internis animi doloribus non conjuncti sint externi, & omnino patientia non in iis virtutibus, quæ primo statim

in-

(20) vid. du Bos, *Betr. P. I.* p. 120. (21) vid. *Briefe die Litterat. betr. Tb. IX.* p. 49. seqq. conf. Batten, *libr. laud. P. II.* p. 102. (22) *Diss. οβης p. 131.* (23) *Hanc de Ulyssis patientiae magnitudine observationem subnatam esse profiteor lectione eorum, quæ dicit Abbtius, in laudatissimo libro, vom Verdienste, p. 73. seqq.*

intuitu oculos feriant, numeretur: Vlysses non is appareat, qui est. At perpendamus incredibilem illam, patriam repetendi tandem, cupiditatem, illum immensum conjugis videnda ardorem, singularem illum in filium affectum, quæ tanta erant, ut ne Dearum quidem amores spesque immortalitatis ex animo ea possent evellere: ex altera parte sexcenta votorum perficiendorum impedimenta, iram Neptuni, tempestates, jejunia, sociorum in bestias mutationes & cædes & naufragia, paucis, omne malorum, quæ percessus est, genus: & ille tamen, velut Laocoon ille, tacita patientia tolerat omnia, & solatia ex se ducit ipse, & sæpe quidem, ubi summum fastigium attigerat ejus calamitas. Cui non surgat animus μεγαλητως cum illo

Tertius. διη προδιν; (24)

quis est, qui sublimitatem ejus non sentiat? num usquam ira de malignitate sortis effertur? num Neptunum omnibus diris, omnibus calamitiis insectatur? num & ceteros Deos, qui tantam Neptuno potentiam concedant, increpat? Verum uti dolore furentem non dedit, ita nec plane durum. Miseriam suam luget, meliorem fortunam optat, flet quoque, & flens sedet ad littus, (25) patriamque respicit. Hæc autem uti non homine, ita nec Heroe sunt indigna, (26) & de patientia ejus nihil detrahunt, & simul misericordiam nostram erga eum, quem nostri tam similem videmus, magis commovent. Eorum enim, qui hominem excedunt, nihil nos tangit. (27) Ingruit horrenda tempestas: navis disjicitur: ponto jactatur miser: vah! quam ne mergatur fluctibus, vereor! At o illud execrandum Polyphemi antrum! hinc ille evadet? Januæ obvolutum est saxum ingens, immane, immensum. Vi viam aperiet? pugnabit contra illum, qui nec Jovem curat? periit igitur: spes elabendi ωχετο: farctum faciet ex homine Polyphemus. Sed quid si illum, quem nec Salus ipsa seruare posse videbatur, servaret calliditas? Plando, lætor, exsulto lætitia! & mecum, qui sensum habent, omnes!

Deinde & ipsa fabula talis est, quæ & admirationem nostram eo, quod mirabile vocatur, excitet, & de rerum eventu lectors teneat suspensos: & hoc

D 2

qui-

(24) v. 18. coll. ε. 222. al. (25) ε. 82. al. (26) vid. Lessing. Laoe. p. 5 seqq. conf. quæ dicit Auct. lib. de poes. Hom. p. 213. T. V. ed. Ernest. (27) Fragm. Samml. II, p. 355.



quidem fit impedimentis, quæ Heroi in eo, quem petit, attinendo scopo initio remoram objiciunt, postea vero arte poëta tolluntur. Vlyssem, quo minus in patriam venire domumque statim occupare possit, duo impedire ait Bossulus, (28) primo Neptuni iram, (29) deinde procorum impudentiam & mores effrenes. At quid si una omnis in Neptuno impediti in patriam reditus turbarumque Ithacensium caussa deprehendatur? & deprehenditur profecto. Videamus imprecationem illam Polyphemi, ad patrem missam: (30)

αθεού ει οι μοιρές εστι φίλες τ' ιδευν και μεδων
Οινον ευκτιμευον και επι εις πατρόδη γαῖαν,
Οφε κακις ελθον ολέσας υπο πάντας εταίρος,
Νησος επ' αποτρόπιος, ενοιος δ' εν πηματι οικειος.

Annuit Neptunus:

τετρακοντάρχης Κυανοχατης.

Et illas igitur in Ithaca turbas dedit, conveniente quoque temporis ratione (31). Aeneas enim Achæmenidem, Vlyssis socium, in Insula Polyphemi relictum, circa sextum erroris annum recipit, unde sexto post excidium Trojenum anno in Insulam illam Vlyssem devenisse & Polyphemum oculo privasse discimus. Postquam vero in Ithacam anno X. reddiisset, quatuor fere annos turbæ procorum duraverant. Cum igitur non citius inceperint, quam Vlysses τον αυδονα πελωπιον excæcasset, earumque initium in ipsum illud tempus incidat: quem alium, quam Neptunum auctorem illarum esse, vindictamque hanc de Vlysse sumisse appareret? At has procorum turbas nusquam alibi parasse Vlyssi legitur hic Deus. Neque id opus erat, sæpius earum narrare originem. In extremas enim illas cum nos introduxisset, unde essent ortæ, dixisse semel in επιστολιω sufficiebat. At Neptunus maris est Deus, est illi imperium solius pelagi forte datum, illa se jactet in aula, quid in terris tumultus excitat? quid contra Principem cives? Sed nonne hi recordantur pugnarum in Iliade commissarum? exercitum Græcorum

uti

(28) p. 166. (29) caussam quidem malorum omnium in boves ab Ulyssis sociis maestatos conjicit Genestius, libello super vita pastorititia scripto, in der Samml. verm. Schrift. 2. B. 2 St. p. 329. sed calamitates inde ortæ ad solos socios pertinebant; illi periære, evasit Ulysses. (30) s. 532. (31) conf. loca, Od. β 89. Aen. III. 590. V. 46. 636.

uti obiit? uti his opem tulit? uti Aenean eripuit? & quid clarius illis
eius? (32)

γαῖα δέτι ζυνη παυτων.

Ut eum saepe γαῖονος (33) audire taceam. Videmus itaque Neptunum maximum Vlyssis hostem & unum. Nam quod Mercurium tempestatem illi, a Phœacibus proficisciensi, immisile vult Hyginus, (34) nihil hoc ad poëtam nostrum. Qui vero insidias Dei marini & persecutio[n]es effugit? sive, ut verbis, quæ in ore sunt omnium, utar, qui nodum solvere instituit Homerus? Hic ne, homo natus, resistet Deo? hunc Vlysses vincet? hoc invito in patriam per medium ejus ditionem, per mare, redibit? deinde ubi in Ithacam devenerit; quis illum, qui tam diu absens totusque sine dubio mutatus fuerat, agnoscet? quis eum, ut Principem, venerabitur? quis contra procos cum illo pugnabit? Priora igitur impedimenta illa removet fato, i. e. communi Deorum consilio (35) ex quo in Ithacam redire illum decretum erat. Reliqua vero fugat ope αναγνωρισμ. Sed hæc cum nota sint, ad id, quod mirabile est in carmine epico, progredimur. Illud Deorum Dearumque interventu, uti constat, efficitur. At Deorum in carmen introductio non placet Homio (36). *Quamvis Homerum,* inquit, *quod Deos, in carmina sua introduxit, religio forsan de eo, quod ausus est, excusat; Graci enim saepe se Deos spectandos dare, negotiisque hominum interesse credebant: non tamen est negandum, parum eos carmina ornare poëtae. Quæ enim naturæ fines transiliunt fictiones, raro id, quod debebant, efficiunt. Ad tempus quidem eam, qua res nobis repræsentamus, animi vim excitant: ei vero, qui verum pulchri sensum habet, lectori placere nequeunt.* Quid igit-

(32) Ia. o. 193. (33) ex. gr. Ia. v. 49, 59. &c. sic & ap. Pindar. Ol. I. 39.
γαῖονος. conf. Vulcan. ad Callim. T. I. p. 152. & Spanh T. II. p. 402. (34) Fabb. CXXV. p. 140. (35) Esse fatum Homericum commune deorum consilium, videor mihi in eo observasse Ia. v. 434. Jupiter *μοργν* esse ait, ut a Petroclo occidatur Sarpedon, utque hunc mortis possit eripere faucibus, optat. At insurgit contra Juno. *ερδει οταρ ετοι παύτες επαινεομεν θεοι αθλοι.* Hinc si Jupiter id, quod contra fatum facit, contra Deorum omnium reliquorum voluntatem facit: quid fatum est aliud, quam Deorum voluntas unanimis? idem apparebit Od. IX. 530. coll. u. 76. seqq. (36) Hom. Crit. T. III, p. 288. seqq.

igitur? ejiciemus Deos Homericos? Is quidem apud nos esset reprehendens, qui Iovem, Minervam, Venerem, Neptunum, & quos non in carmine nobis daret epico: at Homerum, qui dedit, quis reprehendat? Apud nos quidem hæc talia fidem haud merentur: at merebantur apud Græcos; & his scripta erant carmina illa. Quod vero illos carminibus Homericis ornamento esse negat: cur neget, ego quidem, homo μνωψ, non video. Illud, sentio, ægre me sublimitate fictionum illarum cariturum esse,

επει θεούσσιν οι ποταμοί μάχανε
σερνον επει τι, (37)

Num νεροι εγχος Martis εκελιτο? (38) Num Neptunus, si Dii ejicerentur, terram tridente feriret? ut portæ paterent Orci, & lux locos subterraneos illustraret, & manes contremiserent, & Pluto solio se dejiceret, & clamorem excitaret horribilem? quid sublimius, quam cum lectorem, terræ jam pertæsum, secum rapit in cœlos, & in concilio s̄tit Deorum? Et in periculis, unde neque calliditas humana, neque potentia eripere valet, nonne multi, quos scenæ interesse oportet, perirent, nisi Deum Deamve experirentur faventem & auxiliantem. Aeneas annon occisus fuisset a Diomedē, nisi delusisset hostes Apollo: ab Ajace Hector, nisi idem huic succurrisset? qui denique Priamus Græcorum castra sine Mercurii ope potuisset adire? Jure igitur intersunt fabulæ Homericæ Dii; quidque & in Odyssea efficiant, indagabimus, primum, quid Neptunus, deinde Minerva, Vlyssi hæc æqua, iratus ille. Didicimus statim ab initio, esse hunc Vlyssis inimicum, sed experimur demum libro V. (39) Heic cum navigantem e longinquo, conspiceret, οχι μάχον βλέπει (40) ut apud Amymonem, sed εχωστατο υποδι μάλλον, & caput quassat iratus (41) & mare ferit tridente, & ecce! nubium contrahitur densitas (42) & pontus conturbatur, & omnes ventorum turbines corrunt, & terra & mare caligine involvuntur, & cælo dependet nox. Væ Vlyssi! periit, & periisse quoque credit Neptunus; quare

(37) Pindarus, Nem. VII. 32. (38) Ia ε. 386. vid. Plin. Ep IX. 26. & ibi Gesn. p. 406. (39) Od. ε. 291. (40) in Philostr. Imag. VIII. p. 774.

(41) vid. S. Rev. Ernesti ad v. 376 libri V. (42) de hujus descriptionis sublimitate vid. Long. Σ. υψ. Ιμ. Ι. p. 70.

*ιμάστεν κακά μετρίχας ιππέος
ικέτο δ' εις Αἴγας, (43)*

Neque eum amplius curabat, quam cum eum præter spem elapsum, patriamque videt attigisse. Quid tunc? Consilia init cum Jove: cum Vlyssi non potest, nocere tentat Phæacibus, & navem reducem, in faxum mutatam, urbi, ut montem, inducit (44). Ut tamen verum fatear, Neptunus in Odyssea non totus placet, & senem poëtam videatur prodere. En in Iliade Thetidem, Deam modo, & eam minorum gentium. Filius ab Agamemnonte leviter tantum offensus erat: recta illa ad Jovem abit, querelas effundit, ultiōnem poscit. Quantas hæc turbas dedit? quantum bellī incendium excitavit? hinc Jovem ipsum inter & Junonem rixæ: hinc tot Trojanorum cædes; hinc tanta Græcorum strages, hinc Patrocli interitus, hinc vulnera Menelai, Agamemnonis, Vlyssis & omnium fere principum. At Neptuno non filium læserat, sed oculo privarat Vlysses: quid contra pater? tempestatem excitat, forte hostem conspicatus

εξ Αἰθιοπῶν ανιών.

Deinde ille, qui *εκ Σολυμῶν ορεῶν* Laertiaden vidit errantem: nonne & ille vidit Leucotheam, huic succurrentem? qui passus est, homini sibi inviso assistere contra se Deam, imperio subiectam suo? Rursus quam placide hostis ejus a Phæacibus deducitur in Ithacam? dormit, & dormiens in terram suam exponitur: (45) & cum jam expositus esset, tum de-

mum

(43) Heic non gressus Dei numerat poëta, ut I. v. 20. Locus similis ap. Claud. R. Pros. l. 177. p 530. (44) XIII. 127 seqq (45) Cur poeta dormientem in Ithaca exponat Ulyssem, diu multumque cogitando assequi tentavi. An desperavit de exprimendo boni hominis gaudio, quo illum post XX. annorum absentiam necesse erat cumulari reducem? & hinc terram eum suam non noscere voluit? & a Minerva demum personata, ubi sit, rescire? ubi, ne se proderet, reprimere debebat lætitiam. An vero, ut ab aliis nimis animi commotionibus abstinuit, quæ & singularis virtus est artificum Græcorum (vid. Winckelm. V. C. Ged. v. d. Nach. p. 21.) sic & majorem lætitiae gradum exprimere noluit? Gaudet *ως εικός*, de patris reditu Telemachus (Od. x. 214.) sed & flet ille, flet quoque pater, non tam præ gaudio, quam lugens uterque vere, (*εὐφορμενοῖσιν εὖ φύσος γελεῖσθε, η μη* ...) memor, puto omnium, quas exantla-



mum de irritis suis consiliis, impediendi Vlyssis in patriam reditus, conqueritur. Quam heic vigorem tuum desidero, divine Homere? quam illum animi impetum? quam ardorem illum, quo lectores tui jam consueverant inflammari? Quin ultimam perdendi Vlyssis viam tentavit? quin omnes simul irarum procellas in eum effudit? Misseret quoque me Phæcum, queis bonitas erga hospites & summum illos juvandi studium fuit damno. Dignum hoc erat Deo, cum Vlyssem non posset perdere, de Phæcibus sumere vindictam? At forsitan procorum manu eum cogitabat esse periturum. Sic illum Homerum, quem modo accusabamus, iterum studemus defendere, more eorum, qui, quos in amoribus suis vident, nævos excusare student ipsi!

Quid vero agit Minerva? hæc tota laborat, ubique assistit vel Telemacho, vel Vlyssi, & ut apte telam exorsa erat, sic ad finem pertexuit. Quare statim ab initio appetat carminis. Sollicitam se de Vlyssis reditu ostendit: virum hunc virtute ornatum tot mala perpeti queritur, & cum Jove expostulat, non quidem Junonio more, sed uti filiam decet, *εὐτρέπετας Φίλον πτοει τοιον τοτον ωδυσαο, Ζευ*. Quibus quid tenerius? quæ lenior objurgatio? Comitatur deinde Telemachum *εμπαρον*, (46) i. e. aliena navi Pylum Spartamque proficiscentem. At cur ipsa it comes? Primo, puto, ut Telemacho juveni prudentiæ dare possit ubique præcepta: (47) deinde ut a procorum insidiis eum defendat: denique, ut juvenem in Nestoris domum amicitiamque introducat: ubi simul eam sub Mentoris persona profectam esse cogitare de-

exantlaverat, calamitatum. Idem deprehendes in Penelopes salutatione, (Od. v. 232.) ut itaque, voluptatis quid lucri inesse, indicare velle videatur. At, inquias, & lacrymantem ob fati, quod adhuc eum presserat, asperitatem dare poterat Ulysses poeta. Recte, o bone! uno halitu difflatti omnem hanc observationem. Quid itaque dicam nescio. Id scio, me profunditatem ingenii Homeric perspicere non posse, & somni hujus caussam ignorare. Illud certum est, eum non lassitudinem produxisse, uti v. 31. neque quenquam, qui tam certa jam spe, patriam tandem post tam longum tempus videndi fruatur, facile somno se dare. Spes enim quam maxime facit suspensos.

(46) vid. Gesn. ad Lucia. T. III. p. 529. Clark. ad β. 319. (47) uti γ. 14. al.

debemus. Fortasse & Minervam comitem ei junxit, ut non Dei Deæve, sed hominis filio. Ut enim plurima in Iliade sine Dei auxilio efficit Achilles: sic pauca sine Minerva vel Vlysses vel Telemachus. Hunc postea apud Nestorem, cum manuductione ejus opus jam non haberet amplius, relinquit, & Vlyssi parare studet redditum, & feliciter quoque reduxit. Hæc eum e naufragio servatum in Alcinoi domum per Nausicaam introducit, hæc dona illi procurat, (48) cum eo de procis interficiendis init consilia, dirigit illa, formam pro temporis ratione mutat, hæc animum inspirat, in ipsa cæde excitat, Ithacensem sedat tumultus, hæc denique ei domus, patriæ, uxoris charitatumque omnium possessionem reddit, i. e. quod Hom. hoc carmine voluit, hæc ei parat & efficit redditum. Quæ omnia Dex opera haud sunt indigna, uti erat

— — — αὐρηὶ Φαέτεν
Εοικός αὐρηὶ δαιμονών να
λα. (49)

An vero & diis dixit minus digna? Loci quidam Iliados jam reprehensi sunt a Battesio, (50) tum is, quo Minerva telum reddit Achilli, tum, quo flagellum Diomedi. His ex Odyssaea addi posse puto illum (51) ubi signum missi ab Vlysse disci Dea ponit ipsa. Quid hujus opera heic opus erat? nonne quivis de plebe Phæacum facere id poterat? cur adhibebat Deam? Quid dicam de Demodoco, Martis Venerisque συννέστεν, de qua quoque jocatur Lucianus, (52) canente. Erunt, qui hunc locum, haud tristem certe, convivii publici lātitia excusent: at &, qui eum cum Platone reprehendant. Quid si ad αλληγορία multa amatam tantopere configiamus? Age consulamus Natalem Comitem, illum in hac arte magistrum maximum: (53)

Venimus hic lapsis quæstum oracula rebus.
Da, Pater, augurium . . .

Favete linguis! *Quid est tam contrarium*, inquit, *quam occidere & procreare*

(48) XIII. 121. (49) Pind. Ol. 1. 55. (50) Vol. II. p. 73. Homius Crit. Parte III. p. 296. (51) 9. 493. (52) Luci, Dial. D. XVIII. T. 1. p. 245. conf. Ovid. AA. II. 561. Met. IV. 181. (53) Mythol. p. 161.



ereare liberos, expolire & vastare, erigere & prostertere? (credat hæc Iudeus Apella, non ego) At Mars tamen, qui hæc omnia facit, cum Venere, quæ omnia animalia plantasque in lucem producit, con-greditur. Quid ex hac discordi conjunctione orietur? Nihil omnino, superveniente Vulcano præcipue. Nam litigium & amicitia sunt Mars & Venus intelligendi, quorum utrumque opprimit Vulcanus, sive calor immodicus, principiaque vincit, neque ita illa suis funguntur viribus. (En hominis barbam!) Ad exprimendum igitur, quod symmetria necessaria est rebus naturalibus, ista fabulose confinxerunt. Quid est sapere, si hoc non est?

Αυτομαται τοι κηρναι αναβλυζοειν ακρητον,
Κηρ μανιδων προχοαι γενταρος αμβροσιν.
Αυτομαται δε Φεροειν τοι, το φιλεσπερον αυθος,
Κηροι και μαλακη μυρτα τραφεγα δροσω!

Ita igitur se, per me licet, expediant, qui volunt: queis hæc non placent, Homerum *ἀπρέπειες τι* de Diis cantasse, mecum dicant, non illi quidem culpam, sed doctrinæ de Diis veteri tribuentes. Atque ita de eo, quod in epico carmine mirabile est, pro hujus quidem academicæ scriptio[n]is ratione, vidimus.

Quid in carmine Homericō deprehenditur ex historia desumptum? quæ sunt, ut allegorica, consideranda? quæ meliora dedit in mythologia? hac quomodo ad exornandum amplificandumque carmen est usus? Ita, digitum intende[n]te (54) Hærdero illo, Viro, cuius ingenii felicitatem & judicij acumen non possum non admirari, jam quæro, hæc, tanquam corollarium addens. Protea illum Homericum fuisse μημητικον ανθρωπον και προς παντα σχηματιζεται και μεταβαλλεται δυναμενον, docet Lucianus. (55) At quis est apud Homerum? est Deus, qui fiat ea, quæ imitando exprimere poterat, omnia:

Fit - - subito sus horridus atraque tigris,
Squamofusque draco, & fulva cervice leæna,
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vincis
Excidet, aut in aquas tenues dilapsus abibit. (56)

Sicani

(54) Fram. Samml. III. p. 153. (55) περι ορχης. Tom. II. p. 278. & ex hoc Cahusac. von der alten und neuen Tanz-Kunst, Samml. verh. Schr. I. B. II. St. p. 364. (56) Virg. G. IV. p. 403. ed. Heynii V. Cel.

Sicani vel Siculi primi cum ab omni cum aliis gentibus commercio, mari undique circumfluente, fuerint prohibiti, (57) nayum usum non habentes (58) unde Hom. omnem populorum culturam derivat: immanni eos ferocitate fuisse, credibile est. Eorumdem tamen terra cum per se fuerit fertilissima (59) caprasque in primis produxerit innumeratas: ita sponte delati sunt ad vitam pastoritiam. Suos igitur greges unice amasse iisque pepercisse; ferarum contra hominumque, qui naufragiis aliisve casibus ad terram eorum delati fuerint, carne vici-tasse, verisimile est. Idem quoque de Laestrygonibus dicendum esse; docent tum testimonia scriptorum, (60) tum apparet ex Cyclopum vicinitate. (61) Hæc igitur horum populorum ea est, quam historia dat, imago! Quam vero dat poëta? Cum Laestrygonem videoas apud Homerum (62) sperasne, te visurum hominem, moribus quidem agrestibus, vultu fero, oculis trucibus, coma super frontem dependente; at hominem tamen. Falleris! en pro homine gigantem! pro muliere feroci montis verticem! Quid dicam de Cyclopum natione?

Obstupui steteruntque comæ & vox fauibus hausit.
Deorum sunt omnes filii: Polyphemus, Neptuni.

Heu fugite, o miseri!
Ruit ibi, terra sub pedibus tremente, Polyphemus. Quid dico?
Polyphemus est mons inambulans: saxum, quod viginti duo currus non movissent, vel potius Tarpejo simile, levè manus impulsu speluncæ advolvit, removetque: ad vocem ejus auditam periisti: quo innicitur baculo, est pinus maxima, aut malus navis

*Εοικοσοροιο, μελαινης,
Οργαδεις, ευειγησ.*

Mare intrat, & ecce! vix latus lambunt undæ. Putasne Jovem Deorumve aliquem timere illum? immo ridet eos, & se credit majorem,

E 2

po-

(57) Heic ejus narrationis, cuius & Virg. Aen. III. 414. meminit, Siciliam olim cum Italia cohæsisse, non fui immemor, sed illa diu ante ab hac videtur disjuncta. (58) Od. IX. 125. (59) ib. v. 108. 122.

(60) ap. Bochart. Geogr. p. 621. (61) Πρωτει μετα Κυκλωπων οντας Λαισρυγονες, inquit Steph. Byzant. ap. Holst. p. 185. conf. Cellar. Geogr. Ant. T. I. p. 971. (62) X. 112. seqq.



potentiores. Ut Lipara nihil aliud est, quam insula, quæ nonnumquam ejicit ignes; (63) quod ipse se vidisse testatur Ez. SPANHEMIUS (64) & in qua sonitus varii audiuntur: ita Atlas nihil est, quam mons admodum excelsus. At quid poëta? In Lipara (65) illi Vulcani

exesa caminis
Antra - - tenant, validique incudibus ictus
Auditæ referunt gemitum, striduntque cavernis
Strictræ chalybum, & fornacibus ignis anhelat:

& rex fuit (66) Atlas, qui

Galatæns (67)
Πατης βεργεω οἰδεν, εχει δε τε πιονας αυτος
Μαργαρη, οι γαιαν τε κατε χρυσον αμφισ εχει.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem (credite posteri)
Nymphasque discentes - -

Ecce! recenti mens trepidat metu,
Plenoque Bacchi pectore turbidum
Lætatur. evoe! parce Liber,
Parce gravi metuende thyro.

Fas - - sit

intrare antrum hoc, Nymphæ! quod ad portum habitatis Ithacensem. (68) Quam id est amœnum! quem sacrum horrorem incutunt hæ tebræ! ah! quam has apes, nutritias vestras, mel suum componentes cernere suave est! quam illud sedulo in crateribus ponunt & cellulis! Video cum Homero sedilia vestra, video opera vestra artificiosa, video sacram & a nullo profanatam, qua solæ exitis, portam. Video totum hoc domicilium vobis sacrum, ubi profani oculi inane vident antrum. Bone Deus! (69) nonne hæc omnia & in mea video terra? nonne & apud me hæc assolent fieri? ubique igitur, que ad condendum carmen sunt opus, invenio. Modo unus non desit furor iste

(63) vid. Bochart. l. laud. p. 572. (64) ad Callim. T. II. p. 201. ed.
Ernest. (65) Virg. AEn. VIII. 409. Call. H. Dian. v. 47. (66)
Met. III. 532. (67) Od. a. 52. (68) Od. XIII. 103. (69)
Fragm. Samml. III. p. 154.

iste poëticus! Miramur omnino vos, prisca gens mortalium, & non
sine pudore vos miramur. Vos res parvas ad sidera usque extulistis: nobis
totus ille, qui nos circumdat, naturæ ager incultus adhuc jacet & in-
aratus; & vos tamen nostri spoliant, & quæ malorum summa est, spolis
uti non didicere. Venio ad αληγορίαν, cuius studio quid mirum est
Porphyrios & Porphyrii similes insanire, cum & in principibus Achi-
vis nimirum ejus studium reprehendi meminerim. Minerva, comes
Vlyssis, quid designet, sciunt, qui nondum ære lavantur. Sirenum
voces & Circes pocula quid aliud indigitant, quam intemperantiam?
neque hæc, quæ ridere video CLODIVM, Virum Doctissimum, (70)
dicerem, nisi præisset Socrates, qui την Κικηνην υς ποιειν dicebat (71)
πολλοῖς δειπνίζεταιν. τον δε Οδυσσεα Ερμης τε υποδημοσυνη και αυ-
τον εγκρατη οντα και αποσχομενον το (τε) υπερ τον καιρον των τοιωτων
απτεραις, δια ταυτα γδε γενεθαι νν. Mortem juvenum maturam
Apollinis, virginum Dianæ telis adscribi constat. (72) Infantes ra-
puisse dicitur Aurora. (73) qua imagine quæ tandem est suavior?
Oceanus Pater (74) quid aliud est, quam opinio illa veterum, ex aqua
producta esse omnia; quam postea Thales fecit suam. (75) Sed quid
ego post Viros doctissimos de allegoria dispiro? Ex poetis Θεολογιας
gentilis rivulos valde auctos, vel potius totos inde deductos, nullum
est dubium, cum illam ipsos, Orpheus in primis, sacrum interpretem
Deorum, homines rudes ferisque similes docuisse constet. (76) Ho-
merus igitur ab Orpho aliisque, plurima de Diis, Athenagora teste,
(77) multa quoque ab Ægyptiis, ad quos venisse dicitur, sine dubio
acepit, sed ita accepit, ut hominem ingeniosum ab aliis aliquid ac-
cipere fas est. Οφεα εν πολλοις, inquit Philostratus (78) ille non
ubique Homero æquus, των κατα Θεολογιαν υπερηρεν (Ομηρος). Με-
σαιον δε εν ᾳδαις Χερομων και μεν και Παμφω σοφως μεν ενθυμη-
θεντος,

- (70) Diff. super subl. Hom. p. 24. (71) ap. Xen. Memorab. T. IV.
p. 39. ed. Lips. (72) Od. η. 64. Iλ. ω. 602. al. Ovid. Met. VI. 216.
Dorvill. ad Charit. p. 261. (73) Winckelm Vers. Alleg. p. 80.
(74) Iλ. ζ. 203. (75) Diog. Laert. I. cap. 1. conf. Schol. ad Pind. Ol.
I. 1. (76) vid. Gesneri Proleg. p. 18. 22. seqq. (77) ap. Gesn.
in Fragm. Orph. p. 383. (78) Heroic. p. 693.

Θεντος, οτι Ζευς ειπ το ζωογονην, δι's ανισαται εκ της γης πάντα,
ευθεσερον δε χρησαμεν τω λογω και παταβεβλημενα επη εξ τω
Δια ασαντος, εξι γαρ τα της Παριφω επη,

Ζευ κυδισε, μεγισε θεων, ειλημενε κορω (79)
Μηλειρ τε και πτερη και ημιονειρ.

τον Ομηρον ο Πρωτεστιλεως Φισιν επαξιον της Διος αστη υμνον.

Ζευ κυδισε, μεγισε, πελαινεψε, αιθερι γαλων,
εποιηντος ήμεν αυτω το καθαρωτατον, εργαζομενος δε ερβία τα
υπο τω αιθέρι. Uti itaque non pro hoc Pamphus solum, sed & Or-
phei Jove διφνει (80) dedit Δια tum κυδισον &c. tum illum, quem
ex eo dabat Phidias, (81) omnisque Græcia admirabatur; qui quid
mirum est, quod omnibus tam mirifice placuerit, cum non apud
artificem demum, sed jam apud Homerum supercilia Dei formaverit
(82) Aglaja, Gratiarum pulcherrima: ita & alia mutasse multa,
alii ejecisse, addidisse alia, cuncta vero politiora & minus ob-
scura dedisse videtur. (83) Illius igitur carmina cum ab omnibus
Græcis in tanto honore haberentur, ut ex eo juventutem suam formatam
vellent, ut publice in Panathenæis aliisque festis solemnioribus recita-
rentur (84) immo, ut iis tanquam publicis monumentis in litibus, velut in
illa de Salamine orta, uterentur: (85) in rebus etiam ad religionem
pertinentibus illum in primis, vel unum fere, adhibitum fuisse crediderim.
Restat ut quomodo Diis usus sit ad augendum carminis splendorem,
inquiramus. Sublimitatem inde natam supra tetigimus. Heic quædam
addimus. Ut in Iliade pugnas incredibili varietae cædium, vulne-
rum,

(79) vid. Orphei Fragm. p. 393. (80) ib. p. 368. & Gesn. ad Argon. p. 70.

(81) de quo vid. Ill. Haged. Betr. p. 628. Cel. Lessing. Laoc. p. 227.
Klotz. V. D. Opusc. p. 158 & Epist. H. p. 87. ubi p. 104. de nimbis
disputatur, qui suam originem ex h. l. duxisse videntur. Cum enim
artifex, vel Phidias, vel post eum alias, το αυτοποιον των χωτων της
Διος exprimere tentaret: radiis illas cinxisse eum verisimile est. Alias
sæpe apud poetas εβειοι dicuntur λαμπραι & αντινεοι αλιγηναι &c. vid.
ap. Pieron in Verisim. p. 164. de nimbris add. Hemst. ad Lucia. T.I.
p. 165. Reitz. T. III. p. 478. (82) Winckelm. K. d. Alt. p. 237.
(83) vid. Ejusd. Vers. ein. Alleg. p. 7. (84) vid. Dresig. Diff. de
Rapl. p. 43. (85) vid. Clark. ad Ia. β. p. 104.

rum, similitudinum, descriptionum, aliisque artibus, in primis vero
 etiam Deorum introductione, lectori gratas fecit potius, quam mole-
 stas: (86) ita eodem artificio usus est in cæde procorum, eamque di-
 stinxit tum turbis, thalamo, sive potius, conclavi, armis servandis quod
 destinatum erat, aperto excitatis, telis productis, Melanthioque inclusō;
 tum etiam eo, quod Minervam introduxit. Hæc Vlyssēm modo incre-
 pat, modo robur injicit, modo tela avertit, modo facit alia. Eidem
 debemus arti, quod multa in celis gesta dictaque comperimus. Phœ-
 bi boves comedebant Vlyssis focii. Nunciat id ei Lampetia. Ille ira-
 sci, ad Jovem ire, conqueri de illato damno, vindictam poscere.
 Unde hæc scivit ita evenisse Vlysses? Musæ, quæ Homero assistebat,
 eam narrationem tribuissemus, nisi accuratius, unde illa comperta ha-
 buerit, scire nos voluisset poeta. Nempe audierat Phœbi Jovisque
 colloquium Mercurius, a Mercurio Calypso, a Calypso Vlysses. (87)
 Picturam Homeri ætate ad fastigium jam satis magnum escendisse,
 sunt, qui ex magna clypei Achillei colligant arte. At & Trojani bel-
 li tempore eo usque ars progressa erat illa? immo ne nata quidem. (88)
 Erravit igitur Homerus, qui tantam artis peritiam ad illa tempora re-
 tulerit. Errasset profecto, nisi Deo potius, quam Tychio aliquo, ad
 conficiendum illud esset usus (89). Sic impune omnes, quos in pi-
 ctura vel sui ingenii felicitate possidebat, vel ab aliis acceperat, the-
 sauros proferre, impune in tam exiguo spacio totius orbis faciem in-
 cludere, impune denique maxima in figuris exprimendis audacia uti,
 & modo oratores sermone, modo seniores sententiis se invicem exci-
 pientes, (90) modo milites proficiscentes, modo Fatum in pugna fu-
 rrens, modo juvenes puellasque primum per urbem, deinde extenso
 choro saltantes dare ille poterat. Ut itaque clypeo illo careremus, ni-
 si Vulcanum elaborare illum voluisset: ita simul poetam, qui tam ap-
 te

(86) vid. Popii Vers. iib. Hom. *Schlichten in d. Samml. verm. Schrift. zur Bef. d. sch. Wiss.* Band III. 1tes St. p. 79-89. (87) Od. μ. 389. (88) teste Plinio. H. Nat. XXXV. 6. T II. p. 682. quamvis illis tempo-
 ribus, sine Deo, tabulas det Virg. Æn. I. 456. (89) vid. Popius,
 1. laud. p. 117. (90) Eadem audacia est in scypho Thœocriteo
Eid. a. 33. similis ap. Claud. R, Pros. II, 22. vid. Obs. Miscell. Vol. I.
 p. 21.



te Diis ad splendorem carminis augendum (hoc enim clypeo suo nihil eorum, quæ nodum in Iliade constituant, expedit) Diis suis usus sit, admiratur.


Sed jam satis, pro hujus quidem scripti ratione! Ego simplex homo και & μεμυηνεος si venustates Musæ Homericæ non ita, ut eas vel sensi vel explicare volui, explicavero: ignoscant Ejus sacerdotes. De ea quamvis pauca, atque utinam & σεμιαν χαριταν ατεξ! scripserim: tamen si iis, quibus ea placere volui, placuerint, satis me scripsisse putabo:

Ei δ&χ αδεα ταυτα, τι μοι χρη πλειονα γραψαι;

PRÆSTANTISSIMO DOCTISSIMO QVE DOMINO
CANDIDATO RESPONDENTI,
DISSERTATIONIS HVIUS AVCTORI
S. P. D.


P R A E S E S.

*Specimen editurus projectum Tuorum in litteratura elegantiori tale
scriptionis argumentum elegisti, quod omnino fini huic obtinendo inservire poterat. Notæ sunt Vivorum magni in orbe litterato nominis
lucubrations in Homeri scripta; istas autem, una cum hisce, ita tibi
familiares reddidisti, ut facultatem hinc adeptus esse videaris, hæc antiqutatis monumenta cum gusto legendi, observandique in iis, quæ vul-
gus lectorum haud observat. Patere hoc putem ex dissertatione Tua.
Tua inquam, quia nihil in ea mutare volui, ne Tuos turbarem circulos.
Laudem certe meretur industria Tua, litteraturæ Græcæ, uti & reliquis
studii, tam philologicis, quam philosophicis impensa, cui & morum
probitatem Te nunquam non junxisse, testari possum. Faxit Deus O.
M. ut theologæ studium propediem aggressurus, consuetudinem non
legendi sine gusto etiam ad lectionem S. S. adferas, atque ita, quod sub
finem capitilis 1. diff. Tuæ Homeri lectoribus promisisti, Tibi quoque eve-
niat, ut nimirum in quavis verbi divini pagina nil nisi delicias, legas,
attenderas, sentias. Dabam e Museo, d. VIII. Oct. MDCCCLXVII,*









IURIBUS VETERUM PRINCIPUM REGALIBUS.

Od. XI, 183 — 186.

δ' ὅπω τις ἔχει καλὸν γέρας· ἀλλὰ ἐκηλος
μάχος τεμένη νέμεται, καὶ δαῖτας εἴσας
ιται, ἃς ἐπέοικε δικαστόλον ἀνδρὲ ἀλεγύνειν·
ιτες γαρ καλέσοις

nt verba Anticleae, matris Ulyssis, in νεκυομάν-
s apud inferos oraculorum causa secundum poe-
tationem degeret. Quaesierat nimirum Ulysses ex
dudum mortuae piis manibus cum alia tum

ε δε μοι πατρὸς, καὶ οὐέος, οὐ κατέλειπον,
τι πᾶρ κείνοισιν ἐμὸν γέρας, ηέ τις ἥδη
ρῶν ἄλλος ἔχει, ἐμὲ δ' ὅπῃ ἔτι φασὶ νέοσθαι;
etiam de patre et *de filio*, quem reliqui, utrum
ud illos meum munus, an aliquis iam virorum
eat, me autem non amplius dicant reverti?“
let itaque matris umbra locum supra laudatum,
otenus hīc vertendum esse duxi:

verò nondum quis habet pulchrum munus; sed
Telemachus dominia colit, et convivia aequalia